

16 tribuat charitatē iustitiae, & auferat metū. Quod cū sit, tametsi desideria quædā carnis dū
 in hac uita sumus, aduersus spiritum nostrum pugnant ut eū ducant in peccatum, non tamē
 his desiderijs consentiens sp̄ritus, quoniam est fixus in gratia & charitate dei, desinit peccare.
 17 Non enim in ipso desiderio prauo, sed in nostra cōsensione peccamus. Ad hoc ualet, quod
 Rom. 4, 6 dicit idem apostolus, Non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum con/
 cupiscentijs eius. Hic enim ostendit esse desideria quibus non obediendo peccatum in nobis
 regnare non sinimus. Sed quoniam ita desideria carnis mortalitate nascuntur, quā
 trahimus ex primo peccato primi hominis, unde carnaliter nascimur, non finientur hæc nisi
 resurrectione corporis immutata illa quæ nobis promittitur, meruerimus, ubi perfecta pax
 erit, quam in quarto gradu constituimus. Ideo autē perfecta pax, quia nihil nobis resistit, nō
 resistantibus deo. Hoc est quod dicit apostolus, Corpus quidē mortuum est propter pecca-
 tū: sp̄ritus autē uita est propter iustitiam. Si ergo sp̄ritus eius q̄ suscitauit Iesum à mortuis,
 habitat in uobis, qui suscitauit ipsum Iesum, uiuificauit & mortalia corpora uestra per inha-
 bitantem sp̄ritum eius in uobis. Liberū ergo arbitriū perfecte fuit in primo homine, in no-
 bis autē ante gratiam non est liberum arbitrium ut non peccemus, sed tamen ut peccare no-
 limus. Gratia uero efficit ut non tantū uelimus recte facere, sed etiā possimus, nō uiribus no-
 stris, sed liberatoris auxilio, qui nobis etiā perfectā pacē in resurrectione tribuit, quæ pax per-
 fecta bonā uoluntatē cōsequitur. Gloria enim in excelsis deo, & in terra pax hominibus bo-
 nā uolūtatis. Quod autē dicit, Legē euacuamus per fidē? Absit, sed legē statuimus, id est
 Rom. 4, 3 firmamus. Sed quēadmodū firmāda fuerat lex, nisi per iustitiā. Iustitia autē quæ est ex fide,
 20 q̄a ex ipsa quæ nō poterant impleri, per fidē impleta sunt. Quod autē ait, Si enim Abrahā
 Rom. 4 ex operibus iustificatus est, habet gloriā, sed non apud deū. Hoc est quia Abrahā sine lege
 dū non ex operibus legis gloriam conquirit, quasi suis uiribus legem impletat. Cum autē ad
 21 huic lex ista data non esset, dei illa gloria, non sua est. Non immeritus uitam, quā ex operi-
 bus, sed dei gratia fide iustificatus est. Quod autē ait, Ei autē qui operatur, merces non im-
 putatur secundū gratiā, sed secundū debitū: dixit quemadmodū homines hominibus red-
 dant mercedem. Nā deus per gratiā dedit, quia peccatoribus dedit, ut per fidem iuste uiue-
 rent, id est bene operarentur. Quod ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis, sed
 illi tribuendum est qui per gratiā nos iustificauit. Nā si debitam mercedē uellet reddere, &
 22 pœnā redderet debitā peccatoribus. Quod autē ait, Qui iustificat impiū, hoc est de impio
 pium facit, ut de cætero in ipsa pietate permaneat atq̄ iustitia, quia ideo iustificatus est ut
 23 iustus sit, non ut peccare sibi licere arbitretur. Quod autē ait, Lex enim iram operatur: uin-
 dictā significat, ad illū secundū gradū pertinet, cū est quisq; sub lege. Quod autē ait, Ante
 24 dominū cui credidisti; significauit fidē in interiorē hominē esse in conspectu dei, non in ostē
 25 tatione hominū, sicuti est carnis circuncisio. Quod autē ait de Abraham, Dans ḡloriā deo:
 aduersus illos positum est, qui gloriam suam de operibus legis corā hominibus quærebāt.
 Quod autē ait, Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, &c. gradatim per
 26 dicit usq; ad charitatē dei, quā charitatē dicit nos habere p̄ donū sp̄us, mōstrat illa omnia
 Rom. 4, 5 quæ possimus nobis tribuere, deo esse tribuēda, qui sp̄itūsanctū per gratiā dare dignatus
 est. Quod autē ait, Vsq; ad legē enim peccatum in mundo fuit, Intelligendū est quo usq; ue-
 27 niret gratia, Contrā enim dictū est, qui arbitrantur per legē auferri potuisse peccata. Dicit
 autē apostolus manifestata esse peccata per legem, non autē ablata cum dicit, Peccatum autē nō
 deputabatur, cū lex non esset. Non enim ait, non erat, sed non deputabatur. Neq; cū lex da-
 ta est, ablatum est, sed deputari cœpit, id est apparere. Non ergo putemus usq; ad legē ita
 28 dictum esse, quasi iam sub lege non esset peccatum, sed sic dictum est usq; ad legem, ut totū
 29 legis tempus annumeret usq; ad finem legis, quod est Christus. Quod autē ait, Sed regna-
 uit mors ab Adā usq; ad Moysen, & in his qui nō peccauerunt in similitudinem præuarica-
 tionis Adæ. Hic minus habet. Hæc est futuri forma Adā, de quo superius loqui cœperam,
 & eius aliquas differentias interponens distuleram ordinem, ad quem nunc redeundo con-
 clusit